

vicinia possessorum claustralis disciplina detestabile consueti honoris patiatur et commodi detrimentum, ita tamen, ut viris viam carnis ingredientibus universe vidue ipsorum, quamdiu in viduitate permanserint, predictas curias pacifice possideant et quiete. Si autem nubere decreverint, iterato curie vacent ecclesie memorate preposito de ipsis ordinante, secundum quod sibi visum fuerit expedire. Medietatem etiam foresti, quod dicitur Hasenberc, et semiplenam iurisdictionem piscationum, que fieri possunt in perpetuum, in stagno, quod est inter Iezere et oppidum Moleberc situm, in fluvio etiam Albie unius retis piscationem conventui contulimus sepe dicto, preterea parrochiam cum omnibus suis preventibus oppidi supra dicti eidem monasterio sanctimonialium duximus conferendam. Itaque prenotatam ecclesiam auctore deo privilegiamus^{c)} cum omnibus bonis suis, que in presentiarum possidet aut in posterum iustis modis poterit adipisci, ut virginum chorus cum universo cetu fidelium ibidem filio virginis famulantium cottidiane refectio accipiat incrementum et sanctimoniales temporalibus subsidiis sufficienter adiute divino valeant obsequio confidentius interesse. Statuimus etiam, ut idem monasterium cum omnibus bonis suis liberum permanens advocati pressuram minime paciatur, ipsam advocatiam eidem liberaliter conferentes. Ut autem hoc factum ab omnibus heredibus et successoribus nostris perhenniter maneat inconcussum, presentem super eo paginam conscribi fecimus et sigilli nostri munime roborari. Huius rei testes sunt: Bertoldus abbas de Doberluge. Heidenricus prepositus, Ewerrardus archidiaconus Lusicensis, Albertus de Pritin, canonici Misnenses. Arnoldus de Sakistorp, Theodericus de Torgowe sacerdotes. Laici: Meinerus burgravius Misnensis. Otto advocatus de Ilburc. Iohannes et Vricus fratres de Pach. Fridericus de Torgowe^{d)}. Henricus de Chorun. Henricus dapifer. Henricus marschaleus. Conradus camerarius. Acta sunt autem hec anno dominice incarnationis $\text{m. } \text{cc. } \text{xx.}$, regnante Friderico imperatore; datum Grimmis $\text{xii. kal. februarii.}$

25

(SFR.)

427.

Erzbischof Albrecht von Magdeburg bestätigt das Kloster Mühlberg, welches Bodo von Eulenburg mit Genehmigung des Markgrafen Heinrich und der Grafen Otto und Dietrich von Brehna errichtet hat. Magdeburg, 1230 Sept. 24.

30 *Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 298. S. des Erzbischofs, an grünen und rothen Seitenfäden.*

— — Notum esse volumus universis Christi fidelibus, quod cum vir strenuus et honestus Bodo de Ilburch de conscientia et consensu Henrici Misnensis et Orientalis marchionis, Ottonis et Theoderici fratrum de Bren comitum in oppido Moleberch conventum sanctimonialium Cisterciensis ordinis duxerit de suis ac aliorum fidelium suffragiis ordinare. — —

426. c) Aus privilegium Orig. corrigirt. d) sacerdotes—Torgowe fehlt Kop.